

et nascituros ex ea siue nascituras masculos et feminas pro marinarijs et sud seruitute marinarie nullo modo habeant teneant reputant et tractant Mandandes et precipientes vniuersis et singulis dicte domus nostre fratribus quacumque auctoritate dignitate officioque fungentibus presentibus et futuris ne contra presentes nostras bullas et in eisdem contenta aliquatenus facere vel venire presumant Quinymo iuxta eorum mentem et seriem studeant Inuiolabiliter obseruare In cuius rei etc. bulla nostra magistralis plumbea presentibus est appensa datum Rhodi die x mensis aprilis Miiijbiiij»¹⁸⁶.

143

1348-1522. Νοταριακές πράξεις. Χίος [λ].

P. Argentis, *The Occupation of Chios by the Genoese and their Administration of the Island, 1346-1566*, τ. 3, Cambridge 1958¹⁸⁷, σσ. 479-897, αρ. 1-417.

ΜΙΣΘΩΣΗ ΕΡΓΑΣΙΑΣ

Χίος, 1348, 9 Μαρτίου

«In nomine domini amen. Nos Symon Vignosus massarius participum insule Sii et Simon de Rapallo faber sumus de acordio ut infra videlicet quod dictus Simon redebit cum uxore et tota familia sua ad habitandum et habitare in castro Sii utilia et honorifica pro communi Janue et dictis participibus curando legaliter.

Et dictus dominus Simon Vignosus promisit eidem Simoni fabro dare et prestare absque pensione domum sufficientem pro habitatione ipsius Simonis et sue familie et ultra locare et consignare eidem Simoni fabro in insula Sii tantas vineas seu terras vineatus que fructificent seu reddant vegetes vini de mena IIII laborandas et colendas expensis ipsius Simonis fabri et ab omni dacito liberas salvo quod idem Simon faber pro dictis terris et vineis soluer teneatur acrosticum taxandum juxta valimentum ipsarum terrarum. Acto quod quando contingat ipsum Simonem fabrum et suam familiam recedere ab incolatu dicti loci quod tunc dicte domus et vine remaneant et remanere debeant in participibus compere Sii. Et hoc promiserunt observare dicte partes sub pena perperorum quinquaginta.

Actum in civitate Sii in domo masticis anno dominici nativitatis M.CCC.XXXX. VIII Indictione XV die nona martii circa vespervas presentibus Johanne Bonino filio Guillemi et Luchino de Goano quondam Thome et Johanne de Recho filio Nicolai et Jacobo de Via filio quondam Petri»¹⁸⁸.

ΣΥΝΥΠΟΣΧΕΤΙΚΟ

Χίος, 1450, 31 Αυγούστου

«In nomine domini amen. Georgius de Suzegna ex una parte et Antonius de Suzegna eius frater ex parte altera de et pro omnibus et singulis causis, litibus, questioni-

186. σσ. 327-328, αρ. 3.

187. Πρβλ. επίσης λήμμα 137 του παρόντος.

188. αρ. 7.

bus et differentiis vertentibus et que verti possint inter ipsas partes et tam ex hereditate paterna quam ex materna et quavis alia de causa que dicti seu excogitari possit tollendis et finem ponendam hoc compromissum ut largum plenum liberum et generale compromissum fecerunt et faciunt in dominos Antonium Arestanum et Petrum de Sancto Stefano tanquam in ipsarum partium arbitros arbitratores et amicabiles compositores et communes amicos electos de acordio inter ipsas partes. Dantes etc. Sub pena ducatorum XXV de Chio in quam penam incidant etc.

Actum in civitate Chii ad banchum juris anno dominice nativitatis M.CCCC.L. Inictione XII^a secundum Janue cursum die lune ultima augusti ora vesperarum.

*Testes: Clemens Miconus et Baptista de Cesta ad hec vocati et rogati*¹⁸⁹.

ΜΑΘΗΤΕΙΑ ΣΕ ΚΟΥΠΕΑ

Χίος, 1450, 21 Οκτωβρίου

«In nomine domini amen. Nicolaus Fialus Bartholomei de Vulturo promisit et solemniter convenit magistro Johanni de Castelatio barberio presenti et stipulanti et recipienti quod Lucas Johannotus de Prato quondam Johannis annorum XVIII in circa presens audiens et intelligens consentiens et affirmans predicta omnia infrascripta in presenti contractu contenta stabit perseverabit et morabitur cum dicto magistro Johanne pro eius discipulo causa adiscendi artem barberiorum hinc ad annos duos cum dimidio continuos proxime venientes et ab eo et eius domo et apotheca et tam in mari quam in terra nec a eius sevitiis recedere toto dicto tempore dictorum duorum annorum cum dimidio et omnia servitia ipsius Johannis in domo et extra faciet bona fide et sine fraude bona ipsius magistri Johannis cum ad manus ipsius pervenerint bene fideliter diligenter salvabit et custodiet pro posse et in ipsius fraudem neque furtum committet neque committenti consentiet et ea omnia faciet et adimplebit que facere tenentur veri famuli ad similem artem accordati. Versa dice dictus magister Johannes acceptans predicta omnia et singula promisit et solemniter convenit dicto Nicolao et ad cautelam dicto Luce presenti et acceptanti dicto Luce dictam artem barberiorum bona fide et sine fraude docere bene et decenter ipsum Lucham calciare vestire pascere nutrire sanum et infirmum sicut et quomodo vestiuntur famuli similis artis barberiorum usque ad dictum tempus dictorum duorum annorum cum dimidio et demum erga dictum Lucam facere que ceteri magistri adsimilis artis faciunt et facere tenentur discipulis suis et non imperare illicita pro quibus ipse Lucas haberet justam causam ab eo recedendi et in fine dictorum annorum duorum cum dimidio ipsum Lucam licentiarum.

Que omnia et singular etc.

Actum in civitate Chii videlicet in bazali in apotheca magistri Thome de Rado que conducitur a Petro de Campis anno dominice nativitatis M.CCCC.L. Indictione XIII^a secundum Janue cursum die XXI octobris circa vespas.

*Testes: Thomas de Rado predictus et Jacobus Serventus de Saona ad hec vocati et rogati*¹⁹⁰.

189. αρ. 93.

190. αρ. 151.

ΔΙΑΘΗΚΗ

Χίος, 1460, 21 Οκτωβρίου

«In nomine domini amen. Cum nil sit certius morte nil vero incertius hora mortis que animo cuiuslibet sapientis debet esse suspecta idcirco Iacobus de Semino q. Mathei sanus mente corpora et intellectu, divinum timens iudicium cuius hora nescitur per hunc presens nuncupativum testamentum sine scriptis de se bonisque suis disposuit et ordinavit ut infra inprimis namque si eum mori contingerit animam suam recomendavit altissimo Creatori totique curie celesti corpus vero suum sepeliri iussit in ecclesia sancti Francisci de Chio pro cuius exequiis et sepultures iussit et voluit expendi debere in discretione infrascripti sui heredis.

Item legavit Francisco Antonio Jeronimo Pasqualino et Lucheto fratribus et filiis suis naturalibus pro anima ipsius testatoris tamquam pauperibus Christi et miserabilibus personis florinos mille januinorum pro singulo ipsorum.

Item legavit Andriole filie sue naturali ad suum maritare et quando maritatur tantum quantum videbitur ipso heredi pro anima ipsius testatoris.

Reliquorum vero bonorum mobilium et immobilium suorum jurium et actionum sibi quocumque et quantumcumque spectantium et pertinentium sibi heredem universalem instituit et voluit Johannem de Semino q. Mathei fratrem suum. Et hec est sua ultima voluntas et suum ultimum testamentum quam et quod valere voluit jure testamenti et si jure testamenti non valet potest.

Casans irritans et anulans quodcumque testamentum codicillos et ultimas voluntates per ipsum testatorem hinc retro factos et facta ac conditos et condita presenti suo testamenti in suo robore permanente.

Ceterum vero legatorum suorum legavit operi portus et moduli secundum ordinamentum et capitula civitatis Janue.

Actum in civitate Chij videlicet ad apotecham Manfredi de Constantia sartoris posita sub turi Nichotis anno dominice nativitatis MCCCCLX indictione VIII secundum Janue cursum die lune XXI octobris in vesperis testes Manfredus de constantia predictus Stefanus de Bozolo Dominicus Raviola Jacopus de Trano Petrus de Zoalio Petrus Laynus et Andrea de costa ad hec vocati et rogati»¹⁹¹.

144

1349-1373. Δικαστικές αποφάσεις. Βενετία, Καφφάς, Τάνα [λ].

S. K a r p o v, «Hunting for People: Black Sea Piracy in the XIVth-XVth Centuries», *Πειρατές και Κουρσάροι. I Συμπόσιο Ιστορίας & Τέχνης*, Αθήνα 2003, σσ. 73-75.

191. αρ. 248.